A

GIOACHINO ROSSINI

NEL LXXVI ANNIVERSARIO

DELLA SUA NASCITA (29 FEBBRAJO 1792.)

LUIGI CRISOSTOMO FERRUCCI

D

Annua per caelum quae Musica Signa ferantur,
Cantabo tibi, ROSSINI, Phaëtonta sepultum
Eridano refluente fleant sine fine sorores
Heliades: consternatis ab Osiride caeso
Gentibus, incedat Nilotica funere pubes
Insignis pompae, Syriaeque immittat Adonis
Raptus adhuc vivos ferali carmine luctus.
Insanire licet lacrymis. Ab Apolline sumens
Virtutem, et numeros, ego te tua Signa docebo;
Qua sit adire via ostendens, et habere sedile
Dispositum stellis trepidantibus orbe corusco.
Nec sibi praesumat porrecta volumine Pistris,
Vel Siren, plectro et chordis meditata soporem
Sensibus, obliquare viam tibi sic, ut ad altum
Sede locum nec pervenias, nec honore perenni
Consistas, melica velut arte novissimus Heros.

Phyllirides CHIRON propriis prior emicat astris
Musica res etenim dedit huic ab origine curas
Extenuare animi, somnu et lenire dolores,
Ante etiam invectum medicinae nobilis usum
Unde salutares effectus corpora ferrent,

Qual de' Celesti armoniosi Segni
Sia l' annuo giro e il senso a te, Rossini,
Io canterò. L' Elladi sorelle
Piangan sepolto in seno all' Eridàno
Il lor Fetonte. costernato inceda
L' Egitto a pompa funeral nel lutto
Dell' Osiride suo. dolgasi ancora
D' Adon la Siria in lagrimevol metro.
Insania di dolor non si raffrena.
Io colla cetra e i numeri canori
D' Apollo a te le costellate forme
Vuo' dichiarar, mostrandoti il sentiero
Al seggio che t' aspetta in mezzo agli astri
Scintillanti di luce ognor vivace.
Nè già presuma in suo vasto volume
La Balena celeste, o la Sirena
Incantatrice attraversar la via
Che dee guidarti all' onorata meta
De' merti tuoi, famoso Eroe d' un tempo
Che toccò 'l sommo della Music' Arte.
CHIRON *figliuol di Fillira primiero*
S' affaccia a noi, che seppe ad armonia
Contemperar la medichevol possa,
Alternando i rimedii al suon capace
Di dar tregua agli affanni ed alle pene.

Herbarumque potestates experta subirent
Utilibus succis, varia ratione premendi.
Adde quod a calamis mansuetum fecit Achillem
Semivir ille, docens quanti sit gratia cantu,
Componens levibus digitis flatumque, sonumque.
Tunc trepidare fuit coram doctore severo
Arte Larisseum tyronem, qui foret inde,
Hectora sublato, Trojae matura ruina.
Hinc qui se studiis agitant per musica regna
(Nec Musis adimenda suis, nec legibus aeqnis)
Discere deberent, quos Gratia diligit ipso
Principio, fortes evadere posse, viaeque
Ad summum reboare tuba fortasse canora.
A strepitu sed qui sumens exordia vocum
Contendit violare aures, sensumque pudoris,
Humanum quod inest arti simul abdicat, ut sit
Semper aberrando vagus, ignoretque per omnem
Vitam, queis numeris, quo Gratia spiret amore.

DELPHINUS sed Musarum chorus integrat omnis (1)
Musica nam recipit res quidquid ab arte placere
Debeat, humanis ut sit medicina perennis
Cordibus a sensu, quem voce, lyraque periti
Officio moveant alacri, pariterque modesto,

(1) DELPHINUS — musicum signum dicitur eo quod in numero Musarum stellas habet (v. *Arati Phaenomena. Fragmenta in Sicilia reperta* Venet. Ald. Do. 1499 4.° pr.)

Pria che virtù di salutari effetti
Dalla spremuta varieta dell'erbe
Uscisse contro ogni ragion di morbi.
Ei fu che fra Centauri ebbe il bel vanto
D'informar la grand'anima d'Achille
A gentilezza sulle canne argute
Della zampogna; ed agili le dita
Gli fece a trovar grazia in umil suono.
Allor tremar fu visto nel cospetto
Del severo maestro il Larissèo
Fanciul, che crebbe ad esser poi l'eccidio
Di Troja, strascinando Ettore spento.
Quinci chi d'armonia tentando studii
Nel regno della Musica s'aggira
(Cui dettan leggi all'uopo elette Muse)
Apprendere dovria che, qual da prima
Docil si porga a graziosi modi,
Potrà di note a ragionevol forza
Trarsi cogli anni, e tromba esser canora.
Toccando al sommo ma colui che imprende
A strepitar con danno degli orecchi,
E del pudor, che amabile fa l'arte,
Ribelle al senso uman smarrì per sempre
La via del cor, nè mai sarà che arrivi
A saper che sia grazia di concento,
E spirito d'amore in music' opra.
Ma tutto il coro delle Aonie suore
Concorre ad integrar de' suoi splendori
L'aureo Delfin *distinto in nove stelle.*
Chè quanto piace al mondo e dà diletto
È musical perenne medicina
De' cori in man di lor che voce e cetra
Muovono al degno ufficio di maestri
Vivi e modesti al par che la natura

Ne minuatur adhuc natura in pectore sano
Philosophus, Vates idem est et Musicus [1] acres
Ad disciplinas adeo formatus eorum,
Ut sit apud Grajos simul omnia qui semel esse
Musicus optavit, studuitque tenere. Neocli
Quapropter proles magnis virtutibus olim
Emendata, licet summos aequàrit honores
Fortuna rerum gestarum, est facta minoris,
Se nescire palam dum musica sponte fatetur.

Delphino ast AQUILA insurgit stellantibus alis;
Nec tantum rapto Ganymede exultat, et ardet,
Quam de Phoebea sibi gaudeat illa sagitta [2].
Unguibus arreptam nam sustinet, et procul effert,
Ut pateat Lycio quantus sit Apolline sensus
Justitiae, qui non timuit Cyclopibus ipsis
Intentare necem, Patris atque incurrere fatum
Ægioci, cujus furiis Epidaurius heros
Prostratus jacuit sponsorque, auctorque salutis.
Magna quidem occultat sub imagine pensile telum,
Quod qui corripuit sub Apolline fiet alumnus,
Ultor et insignis, si mos discordet honesto,
Justitiae, ac Fidei.

CYGNUS hanc astrifer ingens,
Et capite et cauda, simul atque nitore tuetur

(1) Apud Graecos antiquos tantae venerationis fuit, ut iidem Musici, et Vates, et Sapientes judicarentur. Cujus scientiae cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut inquit Cicero, indoctior habitus est (v. Quintilian. lib. I. cap. 10)

(2) AQUILA — quam sagittam tenet in pedibus, dicitur sagitta Apollinis fuisse, cum qua Cyclopas interfecit, quia eo telo Æsculapius ejus filius a Jove esset interfectus

In petto a chi ben sente onta non soffra
È Filosofo e Musico e Poeta
Colui che uscì da sana disciplina.
Quindi la Grecia, che formò gli Eroi,
Il Musico degnò di tutte laudi.
E quel figliuol di Neocle famoso
Per gesta insigni, quando venne in campo
Emendato de' vizii, alla sua gloria
Vide un raggio mancar, quando in consesso
Vergognò d' ignorar la Music'Arte.
Ma sul Delfin le splendid' ali eleva
L' AQUILA *costellata: e non esulta*
Tanto per Ganimede al suol rapito,
Quanto pel don della Febea saetta
Che stringe negli artigli, e ne fa mostra,
Perchè sia noto altrui, che mai potesse
Senso d' alta giustizia in cor d' Apollo.
Ei di cozzar non dubitò nel fato
Affrontando i Ciclopi, e far vendetta
In onta a Giove dell' ignito strale
Che ingiustamente invidiò la vita
D' Esculapio maestro di salute.
Quello strale a gran simbolo de' sensi
Generosi d' un dio sta tra quell' ugne.
Qual che l' afferri fie d' Apollo alunno,
E buon campione di Giustizia, e Fede.
Il bianco CIGNO *arde nel ciel per questa,*
A grandi stelle conosciuto Segno.
Nelle piume di lui Giove si chiuse
Per amor della Nemesi, che Leda
Fu detta, e alla stagion spose quell' ova
Che nelle due Tindaridi sorelle
Diedero al mondo due fatali esempi
Di colpa inespiabile tra vivi.

Corporis: hoc etenim suscepit, clamque Tonantem
Detulit ad Nemesim, quae Ledae est nomine nota [1],
Exstitit unde ovum geminum, scelus atque duarum
Tyndaridùm, genitore Deo sub oloris amictu.
Musica cycnus amat, quin supra musica fertur
Quaecumque auditu suavissima, mortis in hora
Dum sibi adulatus (fama est) sua funera cantat.
Non aliam ob caussam proponitur ille poetis,
Consulto ut careant praesenti laude, fidemque
Nomine semper alant, quod posteritate futurum est,
Si bene concludant opus, artis amore canendo,
Nec male tentando disrumpere pectus, et aures,
Ut sit habere lucrum ex opera, studiumque popelli

Justitiae sed tota LYRA est addicta, novemque,
Inter Signa manens, stellis distinguitur aucta [2].
Fabula narratur (tamen est accommoda vero)
Mercurium hancce cava resonam testudine nervis
Fecisse intentis reflui sub margine Nili:
Quam respondentem bene fert sibi Phoebus Apollo
Postea, Calliopeque suo mox impetrat Orpheo.
Ille propagata potuit testudinis aura
Saxa repercusso chordarum voce movere,
Threiciumque gelu dissolvere, flumina ripis
Et premere, errorum ambages oblita priores.
Sed duo non potuit, sub amore, odioque lyristes
Infelix! raptam Eurydicen servare receptam,
Bistonidumque iras in longum ducere matrum,
Aut placare semel Pangea rupe dolentem.

(1) CYCNUS — Juppiter in cycnum transfiguratus evolavit in ramum (corr. Rhamnum) Atticae regionis ibique compressit Nemesim, quae et Leda dicitur, ut refert Crates tragoediarum scriptor.

(2) LYRA — Regrediente Nilo ad suos meatus, inter cetera, relicta testudo est — Mercurius lyram fecit, quam postea Apollini datam dicunt, mox Orpheo, dein Musaeo (v. et Virgil. Æneid. VI v. 667)

Ma il Cigno è amor di musica soave,
Anzi nell' ora del morir se canta
Adulator di sè la feral nenia,
D' ogni soavità passa le mete.
Vuoi saper del perchè tanta dolcezza
Finalmente propongasi a' poeti?
Perchè di laude passaggera in terra
Avveduti si schivino, con fede
Di meritarla estimili e degna e giusta
Nella posterità, se per amore
Dell' arte, e non del lucro, e non del vano
Plauso volgare, toccheranno al fine
Del loro assunto senza grave offesa
Del gentil senso, e delle caste orecchie
Ma della Lira *in sen tutto è giustizia*
Di celeste armonia, nello splendore,
E nel novero ancor delle sue stelle.
Favola fu (ma pure accenna al vero)
Che l' agile Mercurio in riva al Nilo
Cogliesse una testuggine che in secco
Brulla restando, dai protesi nervi
Diede gradito suon· quel rozzo ordigno
Ben rispondendo, fu perfetta lira
In man d' Apollo, e poi d' Orfeo beato
Di possederla per Calliope madre.
Ei propagò dal cavo sen di quella
Il ripercosso suon che diede a' sassi
Il moto, e sciolse della Tracia i geli
Eterni, e strinse fiumi a fren di ripe,
Dimenticando i tortuosi errori.
Ma tra il mel dell' amore, e il fiel dell' odio
Due cose ei non potè, cetra infelice!
Ricuperata conservar dall' ombre
La consorte, e stornar l' ira e il furore

Ille quidem in partes membris discerptus abivit
Horribiles visu, facinus crudele sepulchro
Condere ni Musae properàssent ossa legentes.
Ægeo sàt nota mari jacet insula Lesbos
Metymnea mero, fama notissima posthac.
Nam Caput, atque Lyra aeternum miserabilis Orphei
Appulit hic: sed honore Lyra immortalis, ut aures
Vivorum implevit, Musaeo herede, beatos
Migrat ad Ælysios, sua demum ut sydera caelo
Inveniat, queis Justitiae sit norma per aevum,
Quandoquidem harmoniae justa sub lege tenentur
Cuncta creata. Caput diversa sorte sed usum
Errat adhuc terris, sua per modulamina vivens,
Quin etiam vivos faciens ubicumque magistros
Sit studiis humana sequi, servire pudori
Arte verecunda, nec nobilitare nefastis
Casibus indigna, et sensus dare corde peremptos
Se quibus insinuant consortia dulcia vitae.
In te collatum totum hoc Caput esse fatebor
Aetate hac sera, mirabilis arte canora
ROSSINI JOACHIM! Tibi suffragantur et anni,
Arbiter ut fias cytharae, quam nulla vetustas
Occupet, exemploque juves rutilante per umbras
senat Hic etenim sunt a strepitu, tumidoque boatu,
Raucisonisque modis quod possit diruere artem,
Ni tua magna fides (fide propugnante decorum
Quod stat adhuc numeris, placet, et delectat honestis)
Sistat in adversum naturae subdita matri,
Et tueatur adhuc jura intercepta profanis:
Naturae dominatur enim qui servit eidem.
O utinam vivas, sis Nestor et alter! honore
Ingenii tecum tua tempora, resque trahentis
Exemplo, et monitis ad culmen laudis, et artis.
Italiam veteres quo constituere magistri.

Delle Bistonie madri, in sul Pangeo
Ostinato a cantar della follia
Che lui perdette ed Euridice insieme.
Ei delle membra discipato, e guasto
Diede orrendo spettacolo! che pie
S' avacciaron le Muse a tôr dagli occhi,
Raccoglicndone l' ossa in sepoltura.
Isola dell' Egeo ben nota è Lesbo
Per viti Metanee, ma meglio nota
Poscia che accolse colla Lira il Capo
Dell' infelice ognor compianto Orfeo
Ma la Lira immortal, che di Museo
In man quindi beò cori ed orecchi,
Agli Elisi con lui venne, e vi stette,
Finchè sortita a posseder le stelle,
Ivi risplende ad esser norma eterna
Dell' armonia che tutto empie il Creato.
Ma di quel Capo celestiale in terra,
Amabile per fior di fantasie,
Diversa fu la sorte: ed erra ancora
Di se facendo, e de' concetti suoi
Copia a color che della Music' Arte
Osservando i confini, a sensi umani
Fan dolce invito in care melodie;
Nè mai la verecondia del pudore
Vittima fanno d' argomenti indegni
Di rinomanza, dove sia virtude
Che del civil consorzio è vita, e legge.

Or di quel Capo invidiato erede
Sei tu, Rossini! *Ed io lo rendo aperto*
A tutti i vivi di sì tarda etade.
Mirabilmente tu fedele all' arte

Inde viris fit gressus, ubi sedet arce Creator,
Qua Pulchrum et Rectum se Religione coronant
Justitiae, et Fidei, quas Orbis iniquus abhorret.
Quondam etiam tua te capiet, dignissime stella,
Vel potius signum virtutis honoribus aptum,
Maxime pictorum cujusvis gentis, et orae
Orbe novo, aut veteri cantuque sonoque, fidelis
Interpres morum facilis, festive, facete
Intra tecta domus, templo sacer, et gravis aula
Adsertor majestatis virtute modorum,
Libertatis item vindex, si fabula poscat,
Idem exlex, si poscat amor genialis ubique
Spectaclis agitur scenae mutabilis ad rem,
Adstantûm studiis, et ovando saepe recepte,
Quantum nusquam alius supra fuit, aut erit infra

Hai gli anni in tuo favor, per esser sempre
Arbitro di quel bel che dalla cetra
Deriva, e per usanza mai declina
Dal cantar « che nell' anima si sente. »
Risplenderai resuscitato esempio
Pel tenebrio di torbidi pensieri,
Di rumor, di fragor, di rauche note
Che, assordando gli orecchi, han posta in fondo
La Scienza Musical, con reo consiglio.
Che se non fosse la tua tanta fede
Nell' immortalità del Senso Retto,
E il magico prestigio di tua cetra
Che viver fa di sempre verde vita
Quanto diletta onestamente e piace;
Contro giustizia avrien vinta la prova
Il rimbombo, e lo strepito, sdegnosi
Di veder, che qual serve alla natura,
Di lei s' indonna, e signoreggia i cori.
Vivi gli anni di Nestore tra noi!
Per onor del sovrano inclito ingegno
Che seco trae tempo e persone al colmo
Di quella gloria che dall' arte antica
Venne all' Italia per virtù d' esempio
Indi si sale per diritta via
Alle sì vagheggiate idee del Bello
E del Retto, che stanno intorno al seggio
Del Creator superno, ov' han corona
Dall' alma Religion Giustizia e Fede,
Che appaja il Ciel tra gli astri, e il mondo aborre.
Tu pure avrai l' onor della tua stella,
Assai del seggio tuo stellato in alto,
Degnissimo di tanto! Chè pittore
Sommo tu sei per musicali accenti
Di paesi e di popoli diversi

Ætheris in campis locus est, ubi maximus amnis
ERIDANUS gaudet sese distendere longe
Amplificum. Vacui sunt illic nominis ignes [1]
Quos habitare aliquam meritis ardentibus aequum est.
Illic te statuo, si quando, suavis amice,
Invideant nobis ingentia fata. Poetae
Parce tuo! si divinum te velle videre
Praevertit vivos inter te velle morari.
Corpore metimur spatium breve luminis, esse
Quantumvis longum videatur. spiritus astris
Lumine perpetuo inseritur, si liber agendo,
Multiplicata dedit quaecumque talenta recepit.
Sic tua te regio insignem splendore reviset
Inter eos ignes matura fine locatum
Cycnus namque Padi fueras qui valle creatus,
Aureus implebis caelum cognomine signo. —

ALOIS. CHRYSOSTOMUS FERRUCCIUS.

(1) *Atque haec ipsa notat se nullam ferre figuram*
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi
Inter signa ignes, etiam quibus et sua desit
Forma. (Aratus in Eridano.)

Dell' Orbe antico, e del novello insieme
Interprete fedel d' ogni costume
Disinvolto, festevole, faceto
In domestici casi al volgo grati
Sacro nel Tempio, e grave nella Reggia
A maestà contemperando i modi
Delle musiche note, a libertade
Pur (se lo voglia l' argomento) amico.
Anzi vindice all' uopo: fuor di legge
Forse esultando, se lo voglia amore.
Sempre gradito ovunque sia spettacolo
Di melo-drammi in variate scene,
Trionfalmente festeggiato, quanto
Non fu nè mai sarà Musico al Mondo.
Ne' gran tratti dell' etra è un posto, dove
Il favoloso Eridano *si stende*
In lunga riga colla sua corrente.
Ivi è copia di stelle alla rinfusa
Che aspettano un Eroe, che le distingua
Del nome suo per meriti lampanti.
Quello è per te! Perdona al tuo poeta,
Se per desio di te veder divino,
Men d' averti presente ei gode, o brama
Sempre breve è la vita, ancorchè lunga
Possa parer nella mortale spoglia.
Alle stelle lo spirito trasvola
Per brillarvi in eterno, se ben pose
L' ingegno suo con libertà verace
A dar moltiplicati i suoi talenti,
Corrispondendo a Dio che li comparte
Così la regïon che ti diè padre
E patria (*), *avrà da te luce riflessa*

(*) Può il Rossini aver prediletto il luogo della sua nascita, che è Pesaro, non può mutare il luogo della sua patria che è luogo dell' Emilia, nel letto

Alfin per gli astri del tuo nome illustri
Cigno immortal creato in Val di Pado,
Avrai nel Pado il tuo Celeste Segno —

Cav. Nicola Severi
tradusse nell'età di anni 81

dell'antica Padova, stanza di cigni. (v. Virgilio Eneid. lib. XI v. 457-58)
Furono nel suo caso Ludovico Ariosto che nacque a Reggio, e fu da Ferrara Torquato Tasso che nacque a Sorrento, e fu da Bergamo Galileo Galilei che nacque a Pisa, e fu da Firenze S. Bernardino che nacque a Massa marittima, e fu da Siena tacendo di tanti altri

—∽⁂∽—